



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

DCXLIII. Dieterich Brun schenkt dem Rathe zu Salzwedel seitens der
Gewandschneidergilde nochmals 50 Marck zum Bau des neuen Walles, am
3. Januar 1531.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

de dan ein Radt to gunstigem dancke angenehmen vnnnd Szie alle weghe obenhen vnnnd ohrer gilden nackkamen gildemeisteren gunstige forderinge to doende gelauet vnnnd verwilligen.

Nach der Urschrift im Salz. Archiv VIII, 3.

DCXLIII. Dieterich Brun schenkt dem Rathe zu Salzwehel seitens der Gewandschneidergilbe nochmals 50 Mark zum Bau des neuen Walles, am 3. Januar 1531.

Anno domini etc. XXXI, Dynxdages nba circumcisonis, donn heft de Erfame diderich Bruhen, Burgermeister vnd olderman der wantfnder gelde, vesslich mark auermalles dem Rade alhir vornoghet von derfulstten gilde wegen to behoff der angeheuen walles.

Nach der Urschrift im Salz. Archiv VIII, 3.

DCXLIV. Bruder Augustinus Alfeld, Minoriten-Provinzial, nimmt das Annenkloster zu Salzwehel in die geistlichen Verdienste aller Klöster des Ordens auf, am 8. Juni 1531.

Frater Augustinus Alueldianus, Minorum fratrum Seruus et Minister Prouintie Saxonie Sancte Crucis, Venerabili, Religiose, Devotissime domine, domine Rebecce wolters, ex dei clementia Priorisse Monasterij Ordinis Canoniarum Regularium diui Augustini Atque suis sacris Sororibus deo dicatis virginibus presentibus et futuris in Solthwedel Salutem.

Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino Jesu Christo multiplicetur. Vas electionis in tertium celum raptus vocatus Apostolus ait: Si nos vobis spiritualia seminauimus magnum est, si vestra carnalia metamus? Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, que de sacrario sunt edunt, Et qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita et dominus ordinavit ijs, qui Euangelium annuntiant de Euangelio viuere, Cum beatius sit magis dare spiritualia quam accipere corporalia. Quia interest ordinis, Anima plus est quam esca et corpus plus quam vestimentum, Consequens est spiritualia dona, quibus anima et corpus consolationem gratiam et salutem nanciscantur, pretiosiora sunt, quam alimenta temporaria, que corpori ruinoso fomentum prestant.

Ex quo igitur a vobis solamen, subsidium, alimentumque corporale suscipimus, dignum et iustum est, equum et salutare, vt ex fraternitate nostra nempe omnium Monasteriorum fratrum Minorum de obseruantia Et ordinis Sancte Clare Atque conuentuum tertie Regule diui Francisci de penitentia in tota prouintia Saxonie Sancte Crucis mihi credita, consolationem auxilium et donum spirituale refundendi causa recipiatis. Qua ex causa pietate motus, Auctoritate ofitii mej in his scriptis eandem confraternitatem nostram vobis beneuolenter confero, Vt participes sitis omnium bonorum, que optimus maximus deus ex sua gracia per nos operari dignetur, in missis, in orationibus